



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 72. Articulus de quadam fructuum parte ex Ecclesiarum fundo in distributiones convertendo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

**Sæcul. XVI** furos. Alterum notatu dignum est, eam  
**A.C. 1562.** quicquam accipiendo permissionem Scri-  
 bis factam, quæ in prioribus Decretis  
 erat universalis, fuisse coarctatam ad  
 eas Diœceses, ubi laudabilis consuetu-  
 do non esset, ne quid etiam acciperent  
 Scribæ: id vero petierant Galli; eame-  
 nim consuetudinem in quibusdam ipso-  
 rum Provinciis vigere dicebant.

## §. LXXII.

*Articulus de quadam fructuum parti  
 ex Ecclesiarum fundo in distri-  
 butiones convertenda.*

*Philipp. l. 17.  
 c. 9. n. 10.  
 § 15.*

Postea in articulo sequenti in id incum-  
 bebatur, ut destinaretur in quolibet  
 Ecclesiarum Cathedralium, seu Colle-  
 giatarum fundo aliqua fructuum pars  
 quotidianæ distributioni, seu cuidam  
 summæ inter eos dividendæ, qui quo-  
 tidie sacris functionibus interfuerint, ut  
 inde allicerentur ad ministerii assidua-  
 tem. Hoc decretum primo ita confe-  
 ctum erat, ut Episcopis daretur facultas  
 destinandi quotidianis distributionibus  
 quamdam, a Synodo minime definitam  
 portionem redditum, qui memoratis  
 Ecclesiis olim assignati fuerant: dein  
 vero cum Patres animadverterent, quod  
 tunc, si hæc potestas absque restrictio-  
 ne relinqueretur, tantum detraheretur  
 effica-



eam  
Scri-  
retis  
ad  
etut-  
rent  
me-  
ipso-  
artu  
um-  
ibet  
lle-  
ars  
am  
uo-  
ut  
ta-  
fe-  
as  
us  
am  
is  
in  
od  
o-  
ur  
a-

efficaciæ quoad legis executionem, quan- Sæc. XVI.  
A.C. 1562.  
tum tribueretur potestatis arbitrio exe-  
cutorum, qui plerumque sunt aut timi-  
di, aut nimium indulgentes, eapropter  
hujusce facultatis concessio ad solum  
veræ necessitatis eventum redacta est,  
& incerta distributionis portio in ter-  
tiam partem revocata, salva tamen au-  
toritate severiores poenas infligendi, si  
contumacia adversus hoc decretum  
cresceret.

§. LXXIII.

*Philadelphiæ Antistitis oratio in quo-  
dam Conventu habita.*

**H**is ita confectis, cum Leonardus Al- Pallav. 1.7.  
e. 10. n. 11.  
lerus, seu Hallerus Philadelphiæ in  
Ægypto Episcopus titularis, qui non ita Sarp. 1.6.  
p. 516.  
pridem Tridentum venerat, in quodam  
Conventu, ubi hī articuli discussi fuere,  
suam sententiam proferendi occasionem  
nanciseretur, prolixo admodum sermo-  
ne Patres hortabatur; ut priusquam  
disciplinæ leges statuerent, Germaniæ  
Episcoporum adventum præstolarentur,  
ut vero hanc suam opinionem firmaret,  
tres hasce afferebat rationes:

I. Concilium hoc Generale dici non  
potest, in quo una integra Christiani or-  
bis natio, & quidem primaria deside-  
ratur,

K 5

II. Ea

